

# Lettres Patentes

De confirmation et manutention du  
 vice Roy de Roussillon dans les  
 privileges portés par l'arrest du Parlem<sup>t</sup>  
 en faveur des officiers de la Monnoye  
 de Perpignan sous le Roy de France

Du 24.<sup>e</sup> Febr. 1482.

NOS Officiers de justice miles Comes  
 Castrensia pro Christianissimo Domino  
 nostro Domino francorum Rege in  
 Comitatus Rossilionis et Ceritania  
 Vice Rex et locum tenens generalis in  
 humili supplicatione coram nobis pro  
 parte Petri Costa præpositi, Bernardi  
 Calles, Jacobi Pujol, Guillelmi Calayrach,  
 Petri Dou, Joannis Guill, Joannis Gantes,  
 Antonii Despia, Bernardi Pug, Joannis  
 Pi operariorum, Michaelis Calayrach

propositi, Guillelmi Beatrii, Raphaelis  
Cepia, Joannis Costa, Hugueti Bujol,  
Georgii Purg, francisci Sauffe, Michaelis-  
fresa, et Joannis Volo Monetariorum  
Moneta Secca villa Berpiniani oblata  
vidimus contineri quod licet ipsi ut opera-  
rii et Monetarii predicta Secca sint esse  
que debeant exempti a quacunque juris-  
dictione praeterquam Magistrorum seu  
alcajedorum dicta Secca liberi que  
franchi et jimmunes ab omnibus Tallia,  
pedagis, hostibus et cavalcatis ac subven-  
tionibus, obventionibus tractionibus  
impositionibus et omnibus aliis juribus  
et servitutibus juxta privilegia et conce-  
siones eidem per Majestatem Regiam  
indulta nobisque exhibita et per arrestum  
Curia Parlamenti corroborata et confir-  
mata et quibus hactenus nisi fuerunt  
pacifice et absque cujuscumque contradictione

his tamen non obstantibus ad causam guerra-  
 rum et rebellionum denuo in his Comitatus  
 Suscitatorum oppressati Supplicantes fuerunt  
 expoliati et privati immunitate predicta  
 et dictorum suorum privilegiorum nullâ  
 justâ præeunte causâ indebite ac injuste  
 damnumque et eorum evidens præjudicium  
 quare nobis humiliter supplicarunt digna-  
 remur eisdem de competenti remedio provi-  
 dere; Nos ideo supplicationibus hujusmodi  
 benigne annuentes visis propriis et  
 diligenter recognitis privilegiis predictis  
 ac vestro Parlamenti Super illis promulgato  
 in eadem villa die sexta mensis Junii anno  
 Domini millesimo quadringentesimo Septua-  
 gesimo primo cum quo fuit per dictam  
 Curiam pronunciatum et declaratum  
 predictos Operarios et Monetarios debere  
 uti et gaudere immunitate juris generalis  
 Butle et aliorum jurium Regiorum et

impositionum villa presentis et pro  
ceteri similes operarii et Monetarii gaudent  
et utuntur in partibus Regni francia et  
alias pro re in illo continetur, tenore presen-  
tium et ex nostra Regia potestatis pleni-  
tudine concedimus volumus et ordinamus  
quod praenominati operarii et Monetarii sua-  
rum cum vxoribus filiis et familiaribus eorum  
a cetero sine franchi, quitii liberi et im-  
munes a praedictis omnibus iuribus et exae-  
tionibus Regis et impositionibus quibus-  
cumque et aliis gaudeant libertatibus et  
immunitatibus illis per Dominum Regem  
cum dictis privilegiis concessis et indulgentiis  
iuxta et secundum formam et tenorem arresti  
Parlamenti praedicti et in illo declaratum,  
declarantes quod solum gaudeant dictis  
impositionibus pro iis quae necessaria fuerint  
ad provisionem eorum vxorum et filiorum  
et non alias quoad interesse ipsarum imposi-

tionum attento quod praefati omnes desuper  
 specificati pro ut dicti praepositi ad verum  
 sum operarii operantes et Monetarii moue-  
 tantes Dieta Secca secundum mentem dicto-  
 rum privilegiorum, sed ne aliqua oriri possit  
 questio pro praemissis volumus providemus  
 et ordinamus quod praelibati supplicantes  
 non possint uti hujusmodi gratia nisi  
 finitis arrendamentis nunc currentibus  
 et de dictis juribus factis et omnis materia  
 dispensationis valeat evitari, sed ipsis finitis  
 arrendamentis in antea gaudeant libere  
 et uti possint immunitate praedicta pro ut  
 superius describitur. Mandantes per  
 eandem thesaurario Regio indictis Comitibus  
 ac jurium praedictorum Collectoribus  
 ceterisque universis et singulis officialibus  
 ad quos spectet et eorum loca tenentibus  
 quatenus supplicantes jam dictos uti et  
 gaudere faciant seu permittant dicta

gratia seu immunitate et eos non impediant  
vel perturbent, impediri que seu perturbari  
faciant quovis modo servando in his formam  
per dictam Parlamenti firmitatem et cum dicto  
arresto declaratum et non contra veniant aut  
aliquem contravenire permittant sub  
poena quinquaginta Marcharum argenti-  
cupium evitare in cujus rei testimonium  
presentes fieri jussimus nostra manu  
signatas et sigilli nostri munitas.  
Datum Perpiniensi die Vigesima quarta  
mensis Decembris anno Domini millesimo  
quatuorcentesimo octuagesimo secundo  
Goffile de jure de mandato dicti Domini  
vice Regis et locum tenentis generalis  
J. Candell. ad relationem assessoris  
Gilberti assessor. locus + sigilli cum  
signo deregistrata. 1.

..... Collationné à l'original en parche-

min cotti n.º 107: gardé  
aux archives du domaine du  
Roy en Roussillon dans un  
Sac n.º 6. par moy soussigné  
Greffier dud. Domaine.  
J. Bosch. avec paraphe.